

Quum omnis Musicae ratio circa
 vocalem numerum versetur, consentaneum fuerit paucula quaedam de vocibus dicere. Est autem vox notularum nomenclatura, quarum tantum sex sunt, *Etia vox.*
 Scilicet.

Superiores { la.
 sol.
 fa. Sunt in triplici differentia,
 Inferiores { mi. re.
 vt.

Nam, Vt & fa. dicuntur b molles, a molli sono. Re & sol, naturales, a temperato sono duri & mollis, Mi et la. durales, a duro sono.

Hæ sufficiunt ad quemcunque cantum solmifandum & modulandum. Porro initium cuiusque clavis litera est, syllabæ autem eam subsequentes, voces sunt. Exempli gratia, G, litera est & clavis, voces representans, sol, re, vt. At non negligendum arbitror quamlibet clauem trium vocum in solmifatione cuiuslibet cantus, semper illarum vnam excludere, Vt, in cantu b mollari